



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 92. Administrator Pragensi Ecclesiæ a Papa datus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV. erroribus imbuiisset, & contra Romanam  
 A.C. 1459. Ecclesiam falsis detractionibus animum  
 ejus prævenisset, Regi persuadens, suam  
 sectam a Concilio Basileensi per compa-  
 ñata (uti vocabant) non minus fuisse ap-  
 probatam, ac Catholicam; cum tamen  
 neque Hussitarum ullus hisce partis un-  
 quam stetisset. Quare Rex hac fiducia  
 delusus, cuncta maluit subire pericula,  
 quam primitus imbibitam hæresin de-  
 serere.

## §. XCII.

*Administrator Pragensi Ecclesiæ a  
 Papa datus.*

*Cochl. Hist.* Interea novi turbarum motus suscitan-  
*Hussit. lib. 2.* tur in Bohemia, eoquod Pius Ponti-  
 fax Wenceslaum Decretorum Doctorem,  
 ac Ecclesiæ Pragensis Catholicæ Deca-  
 num Pragam decrevisset, datis literis a-  
 postolicis, quibus declarabatur ejusdem  
 Ecclesiæ Administrator, Igitur Decanus  
 Roma Pragam petit, cum vero deman-  
 dati sui munieris literas in publico con-  
 fessu recitari jussisset, Proconsul Pragen-  
 sis, aliquique Rochisanæ Fautores omni-  
 ope & opera eidem oblictantur, caussa-  
 ti, Archiepiscopalem Ecclesiam jam a  
 tempore Sigismundi Imperatoris Rochi-  
 sanæ promissam esse, se ergo neminem  
 præter illum solum unquam admissuros.  
 His econtra Catholici acriter resistebant;

cum

cum autem Rex ab utraque parte in au- Sæcul. XV.  
xilium vocatus, importunis precibus pul- A. C. 1459.  
saretur, spopondit, tam hos, quam illos a se  
potenter protegendos, nihilominus tamen  
rem indecisam reliquit. Unde factum, ut  
multo tempore Ecclesiæ Administrato-  
rum unus esset Catholicus, alter Hussita.  
Sub idem tempus Rochisana, ut sectam  
suam ab orthodoxa doctrina haud mul-  
tum discrepare Catholicis persuaderet,  
prolixum edidit tractatum de Sacramen-  
tis secundum fidem Ecclesiæ universa-  
lem adversus Taboritarum errores. Nunc  
vero ad Pii Pontificis iter redeamus.

§. XCIII.

*Papa a Cosmo Medicæo Florentiæ  
exceptus.*

Igitur Papa Senis Florentiam contendit, Paul. Jov.  
ubi celebris ille Cosmus, sive Cosmas Elog. lib. 7.  
summum Pontificem maximis honorum Gobel. Pers.  
ac magnificentiæ signis exceptit. Is ex Comment.  
nobilissima Medicæorum Familia natus, Pii II. lib. 2.  
eo tempore pro summo imperio Rempu-  
blicam moderabatur, ac divitiis in tota  
Europa nemini ex Nobilibus secundus  
erat. Primam lucem aspicerat Anno  
millesimo trecentesimo nonagesimo nono  
die vigesima septima Septembris, dein in  
supremum Florentinæ Reipublicæ signifi-  
cum electus, & completis ætatis suæ annis  
sexa-